



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

v De eo q[ui] cibi[m] vel potu[m] tarda hora sumptu[m] nondu[m]  
digessit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

## Secundum

fit hoc modo ieiunus. Quis possit perficere et celebrare. tamen non debet. quia graviter peccaret. Et ideo cum quis est plures missas eodem die celebraturus non debet sumere ablutiois vinum. nisi in ultima missa. ut inferius circa resolutionem ultimi dubij articulo quinto huius capituli latius dicetur

**¶** Quid agendum sit si quis post missam inceperat recordetur se ieiunium soluisse.

**Solo.** Si recorderet hoc ante consecrationem tutius est quod cesset. nisi graue scandalum timeat. si post consecrationem. procedat et perficiat non obstante quod non sit ieiunus. quia preceptum de perceptione sacramenti maius est quam preceptum quod a ieiunis sumatur.

**¶** Utrum transglutians reliquias que post comestionem in ore remanserunt possit celebrare.

**Solo.** Si casualiter transglutiantur non impediunt celebrationem. quia non trajectuntur per modum cibi. sed salivae cui permiscuntur. Si vero studiose id fiat abstinendum est.

**¶** Quid si quis gargarisando. vel os mutando parum de aqua aut de vino transglutiat

**Solo.** Sicut in dubio precedenti.

**v** Si quis tarda hora comederit vel biberit et nondum digesserit illum cibum. utrum ei liceat celebrare.

**Solo.** Si ex hoc non reddatur multum indispositus ad debite celebrandum. tunc licet. Si vero ex hoc multum turbetur et indisponatur tutius est ut abstineat. Unde dicitur glossa. circa canonem Nichil. vij. q. prima. Si quis etiam ante medium noctis comederit. et adhuc sentiat eructationes ex non digestionem cibi. quod diu cibum sentit non celebrabit.

**¶** Utrum patiens vomitum vel iam passus licite possit celebrare

**Solo.** Si quis ex infirmitate sustineat illam passionem. debet abstinere quousque sanetur.

**¶** Quid si per totam noctem non dormierit

**Solo.** Sicut in precedenti dubio Dicit enim glossa in. c. Constituerit. de accu. de vinolento qui in terna pnoctavit. et altera die nulla premissa dormitione celebravit. quod non videtur ieiunus sed pransus celebrasse propter indigestionem. Et glossa circa canonem sacramenta de secreta. dist. i. Ieiunium inquit celebrata digestionem.

**¶** Resolvit quinque dubia circa celebrationis abstinentiam eiusdemque frequentiam occurrence. **Arti. liij.**

**I** Utrum liceat sacerdoti abstinere omnino a celebratione.

**Solo.** Si sacerdos per sententiam ecclesie sit ordinis executione privatus. vel si debilitate aut egritudine factus sit impotens vel ineptus ad celebrandum. tunc non tenetur celebrare. Si vero non sit privatus potestate celebrandi aut alias factus impotens tunc non licet ei omnino abstinere quin saltem teneri videatur ad celebrandum in propriis festis. et maxime in illis diebus in quibus christifideles communicare consueverunt.

**Dubium**

**Dubium**

**B ij**